Sala 5
Gab. –
Est. 56
Tab. 7
N.º 1

Sala 5
Gab. —
Est. 56
Tab. 7
N.º 1

UNIVERSIDADE DE COIMBRA
Biblioteca Geral
1301500922

Sal

1825

# PRAECEPTORIBVS . SVIS

SAPIENTISSIMIS

ATQVE . COLENDISSIMIS

IN

PVBLICVM . GRATI . ANIMI

ET . OBSERVANTIAE

MONVMENTVM

D.

# THESES

*EX*

*UNIVERSA MEDICINA DESUMPTAS,*

QUAS

PRAESIDE

CLARISSIMO AC SAPIENTISSIMO VIRO

D. D.

HIERONYMO JOACHIMO DE FIGUEIREDO,

MATERIAE MEDICAE ATQUE PHARMACIAE PROFESSORE P. O.,

REGALIS SCIENTIARUM ACADEMIAE OLISIPONENSIS SOCIO,

CHRISTI ORDINIS EQUITE,

CET., CET., CET.,

IN GYMNASIO ACADEMIAE CONIMBRICENSIS

INTEGRA DIE

*PROPUGNANDAS OFFERT*

EMMANUEL JOACHIMUS DA SILVA.

b24535783

INAUGURALI DISSERTATIONI

AMPLISSIMI ET SAPIENTISSIMI

MEDICORUM ORDINIS

DECRETO

*ARGUMENTUM SUPPEDITAT:*

*Sanguini quacumque arteriosi Systematis propagine acto eadem natura? Si affirmantis vices geras; unde organorum, quotquot sunt in corpore, alia principia constituentia? Si negantis; quod, et unde discrimen?*

## *Ex Anatomia, Operationibus Chirurgicis, et Arte Obstetricia.*

I.

PRimordia hominis materia inorganica.

II.

Nerveum, cellulare, ac vasculare generalia systemata.

III.

Praeter medullam oblongatam alia nervorum centra.

IV.

Nervus olfactorius cavus.

V.

Arterias inter, ac venas nullum sui generis capillare systema.

VI.

Iris haud musculosa.

VII.

Terebri applicationem ossium sutura plerumque vetat.

VIII.

Ante foetus positio exploranda, quam artificiose edendo agatur cura.

IX.

Posteriori colli foetus parte praevia, data, non semper danda, incassum opera in praevium caput, pedes trahendi.

## *Ex Medicis Institutionibus.*

I.

Vitale principium, si corporum, falsum schema; sin minus, phaenomenorum oppositio.

II.

Vitae vires in facultate quodammodo movendi impressionis occasione comprehendi possunt.

III.

Haematosis opus chemico-vitale.

IV.

Ab haematosi, et secretionibus caloricum animal.

V.

Tria tantummodo admittimus temperamenta; scilicet nerveum, sanguineum, ac lymphaticum.

VI.

Saepe a nutrice temperamentum, morbique infantis.

VII.

Alia a sanitatis vitalia phaenomena ab organis aegre se habentibus.

VIII.

Sanguis menstruus suppressus morborum causa.

IX.

Inter vehementissimas morborum causas affectiones morales.

## *Ex Materia Medica, atque Pharmacia.*

I.

Quaedam medicamenta specifica admittimus.

II.

In solida et liquida medicamentorum actio immediata.

III.

Actio cantharidum cum camphora in urinae vias nulla.

IV.

Alia arsenici cum sulphure in ventriculum actio.

V.

Anthelminthica directa, atque indirecta.

VI.

Cinchonae virtus febrifuga unico principio haud inest.

VII.

In tartriti potassae stibiato parando antimonii vitrum praeferendum.

VIII.

Antimonium inter, et chlorum ex chemica virtute immediate hujus metalli chloretum.

IX.

Mercurii perchloretum ex oxydi rubri dissolutione per acidum hydrochloricum tutissime obtinetur.

## *Ex Therapeutica Medica atque Chirurgica.*

I.

Nosologia, hucusque etsi perfecta nulla, ad studium tamen clinicis plurimum confert.

II.

In praxi saepe melius est spectare, quam agere.

III.

Morbis inter medendum causae, symptomataque accuratissime investiganda.

IV.

Febres essentiales nullae.

V.

Ex illis sic dictis, pleraeque gastro-enteritides.

VI.

Longe frequentiores epidemiae, quam contagiones.

VII.

Morbis endemicis radicitus mederi perdifficile.

VIII.

Menses suppressi si moveri nequeunt, sanguinis missio instituenda.

IX.

In sthenica peripneumonia etiam alvum ducere oportet.

X.

In hydrope post exanthemata stimulantia externe maxime adhibenda.

XI.

Aphthae, expositorum stages, non contagiosae.

XII.

Nullum cancrorum speciale virus.

XIII.

In tumoribus inflammatoriis aliquoties incisio operanda, antequam ad suppurationem accedant.

XIV.

Scrophulae non contagiosae.

XV.

Fluxus admodum longaevi ulceris aut nunquam, aut cautissime sistendus.

XVI.

In febri puerperali antiphlogistica optima medicamina.

XVII.

In scrophulis curandis topica stimulantia vitanda; dum magna, et generalis debilitas non adsit.

XVIII.

## *Ex Hippocratis Aphorismis.*

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| SEctio | 1.ª | Aphor. | 11. | *In accessionibus*, etc. |
| —— | 3.ª | —— | 7. | *In siccitatibus*, etc. |
| —— | 4.ª | —— | 65. | *In febribus*, etc. |
| —— | 6.ª | —— | 38. | *Cancros*, etc. |

CONIMBRICAE,

Ex Typographia Academico-Regia. A. D. MDCCCXXV.

*Cum Facultate Regiae Commissionis pro Censura Librorum.*

PRICE
PRICE
1 23456 78900 5